



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

XVI. Quomodo tandem illuc peruenerit, & quæ pericula illic inuenerit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

propius propiusque admoti Episcopum non inveniunt, con-  
sternati sunt animo, & diligenter omnia scrutantes, cubacula  
rium ipsum & alios, qui iuxta erant, crebro sciscitantes, quod  
factum fuerat, tandem ediscunt. Quid multis? Turbantur  
omnes, aliique pedibus, alij verò adscensis equis huc illucque;  
Pontificem quæsituri discurrunt; factoque mane, hi qui in e-  
quis fuerant, directo colle ac concito gradu, versus mare, viam  
insequuntur abeuntis, & abeuntem consequuntur.

*Clerici clauden-  
sinum absum-  
s: Othonis de-  
prehendunt.*

At ille, vbi eminus venientes iam intraturus naues agno-  
uit, turbatus est valde, & altius ingemiscens, heu, inquit, Do-  
mine Iesu, vnice Dei, vnice Virginis, dulce nomen spei meæ,  
nunquid me fraudabis à desiderio meo? fac oro, vt hi, qui  
veniunt, aut mecum eant, aut me à proposito meo non impe-  
diant. His dictis, illi accurrebant, moxque ab equis desili-  
entes, pedibus illius prosternuntur. Sed quid? prosternitur  
& ipse: leuant illi; leuat & ipse: flebant; flebat & ipse; vocem-  
que mæror & tristitia, & his & huic diutissimè interclusit.  
Tandem post multas lacrymas in hanc vocem senior mæstus  
erupit; ad quid venistis? redite, quaeso, ad hospitium: & ego pergam  
viam, quam cœpi. At illi; absit, inquiunt, sufficit nobis hæc tam grandis  
confusio. amodò te nequaquam descremus: si redire vis, latè redibimus te-  
cum; sin autem progredi mauis, tecum progrediemur. Sed placeat sancti-  
tati tue consilium nostrum. Redeamus pariter ad fratres, & ad pueros  
nostros hodie: cras, ecce, coram Deo loquimur, siue in vitam, siue in mor-  
tem tecum veniemus.

*Insequuntur  
clerici fugien-  
tem Episcopum.*

*Quomodo tandem illuc peruenerit, & qua  
pericula illic inuenerit.*

## CAPVT XVI.



Ali ergò pacto Episcopus cum eis reuersus, cra-  
stina die, omnibus se comiracibus, eandem viam  
ingreditur, adscensaque nauì, prosperis flatibus  
Stetinam uesti sumus. Homines de ciuitate inter  
se di-

*sefidus.  
Edit. Canif.  
cap. 12.  
S. Otho Steri-  
nam reuertit-  
se di-  
tur.*

se diuisi erant, aliis adhuc in fide manentibus, aliis autem ex maiori parte ad paganisimum reuersis. Fuit autem Basilica ante introitum ciuitatis in area spaciola, quã ipse in priori perfectione dedicaerat; quam ingressi, hospitari cœperunt.

*Diuersi affectus ob aduentum Episcopi.*

Fideles igitur de aduentu Episcopi gaudebant; infideles autem turbabantur, præ omnibus autem nefandi sacerdotes furere, & furorem in turba excitare festinant; adeò, vt collectã manu armatorum, Ecclesiam vndique cingerent, & insanis tumultibus debacchãtes, ædem ipsam conuellendam, & omnes, qui ibi erant, cum magistro interficiendos clamarent. Episcopus verò martyrij avidus, Pontificalibus se induens, arma sua, crucem tollit & reliquias; Psalmosque ac hymnos cum Clericis personans, agonem suum Domino commendabat. Barbari verò, audito cantu, mirati sunt valdè, quod quasi in articulo mortis positi cantare potuissent, & auscultantes, mutuoque se inuicem respicientes, virtute, vt puto, Verborum incantati, clementius se habere cœperunt, & iam non viribus, sed ratione magis opus esse dicebant ad talia recipienda, vel etiam propulsanda. Dein sapientiores quique super his rebus ipsos sacerdotes secretius conueniunt, ipsorum esse dicentes, congruis rationibus religionem suam defendere. Talia inter se mulsitantes, paulatim singuli ad sua digrediuntur. Erat autem sexta feria. Et Episcopus cum suis illa die Sabbatoque ieiuniis & orationibus, sacrisque meditationibus vsque in Dominicam intensius operam dabat.

*Arma S. Othonis Crux, Reliquia, hymni, psalmi.*

*Stetineses miserunt non nihil.*

*De impietate sacerdotis impediens Episcopum, & de correctã populi multitudine.*

CAPVT XVII.

*Sefridus. Edit. Canis. cap. 16.*



Vmque omnes conticuissent, & verbum exhortationis pars maxima libenter audiret; ecce vnus sacerdotum vir Belial, plenus furore, pinguis & procerus, in medium turbæ sese fortiter intrudens.